

*Zwei Erzbischöfe und acht Bischöfe ertheilen denjenigen, welche das Kloster Marienthron an bestimmten Tagen besuchen und demselben sich mildthülig erweisen, jeder Einzelne vierzig Tage Ablass.*  
 Rom, 1291 Jan. 1.

*Hdschr.: Or. Perg. Ernestin. Gesamtarchiv Weimar Reg. Oo pag. 103 No. 2. Die 10 z. Th. stark beschädigten 5 SS. der Aussteller (das letzte mit Rücksiegel) an Fäden von gelber und rother, bezw. rother bezw. gelber Seide; für zwei fehlende SS. (zwischen dem 9. und 10.), die aber offenbar nie daran gehängt haben, sind Löcher im Pergament vorhanden.*

:Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis: Rogerius<sup>a)</sup> Seuerinensis et Iohannitus Mokicensis<sup>b)</sup> dei gratia archiepiscopi, Leotherius Verulanus, | Berardus 10 Fulginas, Daniel Laguedomensis, Theobaldus Canensis, Romanus Crohensis, Guilielmus Callensis, Cyprianus Vouensis<sup>c)</sup> et Perronus Larinensis eadem gratia episcopi<sup>a)</sup> salutem sempiternam et fructuosam in domino karitatem. Vite perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum a redemptis precio sanguinis 15 fusi de precioso corpore redemptoris initiatorum, debet acquiri virtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique maiestas altissimi sed precipue in sanctorum ecclesiis collaudetur. Cupientes igitur, ut monasterium sanctimonialium de Throno beate Marie virginis prope Gremmis Mersenburgensis diocesis congruis honoribus et iugi Christi fidelium frequentatione veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictum monaste- 20 rium in festis subscriptis, videlicet nativitatis resurrectionis et ascensionis domini nostri Iesu Christi atque pentecostes, in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie, sancti Iohannis Baptiste, beatorum Petri et Pauli aliorumque omnium apostolorum, beatorum Benedicti et Bernardi abbatum, beatarum Katerine virginis et Elizabeth vidue et in die dedicationis ipsius monasterii aut in anniversariis eiusdem diei et per octo dies immediate 25 sequentes festa predicta causa devotionis et in spiritu humilitatis accesserint aut qui ad fabricam vel structuram eiusdem monasterii, que post incendii voraginem laudabiliter erigitur, de novo vel ad luminaria ornamenta seu alia necessaria prelibati monasterii manus porrexerint adiutrices aut in extremis laborantes quicquam suarum facultatum legaverint monasterio memorato, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli singulas dierum quadragenas de in- 30 iunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome kalendis ianuarii anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> primo, pontificatus domini Nicolai pape III. anno quarto.

(S.) (S.) (S.) (SFR.) (S.) (S.) (SFR.) (SFR.) (S.) (S.)

35

283. a) Rogerius—eadem gratia episcopi von anderer Hand mit schwärzterer Tinte in eine vorher freigelassene Lücke später nachgetragen. b) Mvicensis auf dem Siegel. c) Nach Vouensis eine größere Lücke.